ab stirpe exstincta est[17]; nisi universam remp. eo nefario[18] obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Urbs eo lustro capta est[19], quo, demortuo collega C. Julio censore, L. Papirius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam subrogavit. Et quanto modestior illius cupiditas fuit, quam tua, Appi? Nec solus, nec ultra finitum lege tempus, L. Papirius censuram gessit; tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur: omnes deinceps censores post mortem collegæ se magistratu abdicarunt. Te, nec quod dies exiit censuræ, nec quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coercet. Virtutem in superbia, in audacia, in contemptu deorum hominumque ponis.

IV. Qu'Appius se soumette, ou sa dignité usurpée ne le mettra pas à l'abri de la vengeance des lois.

Ego te, Ap. Claudi, pro istius magistratus majestate ac verecundia, quem gessisti, non modo manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum, vellem. Sed et hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua et superbia coegit me loqui: et, nisi Æmiliæ legi parueris, te in vincula duci jubebo; nec, quum ita comparatum a majoribus sit, ut, comitiis censoriis, nisi duo confecerint legitima suffragia[20], non renuntiato altero, comitia differantur; ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar.

IX. Verba Papirii Cursoris dictatoris ad Milites, quum adversus Samnites, armis auro argentoque cælatis insignes, pugnaturus esset. Cap. 40. (An de R. 446. — Av. J.-C. 308.)

Horridum militem[1] esse debere, non cælatum auro et argento, sed ferro et animis fretum: quippe illa prædam verius, quam arma, esse, nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vul-

[17] *Gens... exstincta est.* Sur le conseil d'Appius, les Potitius enseignèrent le culte d'Hercule à des esclaves pour se décharger sur eux des cérémonies sacrées : dans l'espace d'un an, ils périrent tous, quoiqu'ils ne comptassent pas moins de douze familles (*duodecim familiæ*). IX, 29. — [18] *Nefario.* Tite-Live emploie ce mot comme substantif, parce que *nefas* n'a point d'ablatif. — [19] *Urbs eo lustro capta est.* Voy. V, 31. — [20] *Conficere legitima suffragia.* C'est obtenir le nombre de suffrages fixé par la loi pour que l'élection soit valable.

IX. — [1] *Horridum militem.*

Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis,
Illyricumque latus : parce et messoribus illis,
Qui saturant Urbem, circo scenæque vacantem.
Juvenal, VIII, 114.

nera. Virtutem esse militis decus, et omnia illa victoriam sequi, et ditem hostem quamvis pauperis victoris præmium esse.

EX LIBRO X.

I. Verba Papirii consulis ad milites pugnaturos cum Samnitibus. Cap. 39. (An de R. 461. — Av. J.-C. 293.)

Samnites iterum omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant, et sacra horrida quædam ex vetusta gentis religione repetierant. Papirius igitur consul, dictatoris, de quo supra, filius, multa de præsenti hostium apparatu apud milites disseruit.

Non cristas vulnera facere[1], et per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum, et candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occidione occisam; spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma fuisse. Datum hoc forsan nomini familiæque suæ, ut adversus maximos conatus Samnitium opponerentur duces, spoliaque ea referrent, quæ insignia publicis etiam locis decorandis[2] essent. Deos immortales adesse[3] propter toties petita fœdera, toties rupta: tum si qua conjectura mentis divinæ sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores, quam qui, nefando sacro[4] mixta hominum pecudumque cæde respersus,

I. — [1] *Non cristas vulnera facere.* Eschyle, *les Sept chefs*, 397 :

Κόσμον μὲν ἀνδρὸς οὔτιν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ,
σὺδ' ἑλκοποιὰ γίγνεται τὰ σήματα.
λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός.

[2] *Publicis etiam locis decorandis.* Lors du triomphe de Papirius Cursor le dictateur, on avait décoré le Forum avec les boucliers dorés des Samnites. De là vint l'usage, dans les cérémonies publiques, lors des jeux Floraux, par exemple, d'orner de tableaux et de statues les places par où passait le cortége. Voy. IX, 40. — [3] *Deos immortales adesse*, etc. « Aderit Jupiter ipse fœderum à vobis violatorum testis. » VIII, 7. — [4] *Nefando sacro.* Les Samnites, résolus de faire un suprême effort pour la défense de leur territoire, s'étaient liés par un serment terrible, accompagné de cérémonies mystérieuses. Au milieu de leur camp, ils formèrent une enceinte fermée de claies et de toiles, et y célébrèrent un sacrifice dont ils étaient allés chercher les rites dans un livre antique (*ex libro linteo*). Le sacrifice achevé, on fit entrer dans l'enceinte, un à un, tous les hommes illustres par leur naissance ou leurs exploits. Là, entre autres spectacles destinés à frapper l'esprit, au milieu de cette ombre mystérieuse, ils voyaient un autel ensanglanté, tout autour des victimes égorgées, et debout, l'épée à la main, des Centurions menaçants. Ils juraient d'abord de ne rien révéler de ce qu'ils verraient; puis ils s'engageaient, sur leur tête, sur celle de leur famille et de toute leur race, à suivre leurs généraux en tous lieux, à ne

ancipiti deum iræ devotus, hinc fœderum cum Romanis ictorum testes deos, hinc jurisjurandi adversus fœdera suscepti exsecrationes horrens, invitus juraverit, oderit sacramentum : uno tempore deos, cives, hostes metuat.

EX LIBRO XXI.

I. Oratio Hannonis ad Carthaginienses contra Annibalem, de rupto fœdere. Cap. 10. (An de R. 536. — Av. J.-C. 218.)

Saguntinorum urbem, licet Romanis fœdere junctam, Annibal, Pœnorum imperator, oppugnabat. Romani legatos ad ipsum mittunt, qui, ab eo ne auditi quidem, Carthaginem proficiscuntur ad ducem ipsum in pœnam rupti fœderis deposcendum. Hanno igitur, factionis Annibali infensæ princeps, postquam legati mandata in senatu exposuerunt, causam fœderis in hunc modum egit :

I. Malgré lui, ils ont voulu envoyer Annibal en Espagne ; voilà la guerre allumée ; bientôt ils expieront la conduite de leur général.

Per deos fœderum arbitros ac testes monuisse, prædixisse se [1] ne Amilcaris progeniem ad exercitus mitterent. Non manes, non stirpem ejus conquiescere viri : nec unquam, donec sanguinis nominisque Barcini [2] quisquam supersit, quietura Rom. fœdera. Juvenem flagrantem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, si, ex bellis bella serendo, succinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis : aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus, unde arcentur fœdere : mox Carthaginem circumsidebunt Romanæ legiones, ducibus iisdem diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti. Utrum hostem [3], an vos, an fortunam utriusque populi, ignoratis ? Legatos ab sociis et pro

pas fuir du combat, et à frapper de leur main quiconque iis verraient fuir. Quelques-uns refusèrent ce serment ; on les égorgea au pied de l'autel, et leurs cadavres étendus au milieu des victimes furent un avertissement pour ceux qui les suivirent, ch. 38.

I. — [1] *Monuisse prædixisse se*, etc. Voy. ch. 3. Hannon, s'opposant à ce qu'on envoyât Annibal en Espagne, comme le demandait Asdrubal, s'écriait : « An hoc timemus, ne Amilcaris filius nimis sero imperia immodica et regni paterni speciem videat ? et, cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri, ejus filio parum mature serviamus ? Ego istum juvenem domi tenendum, sub legibus, sub magistratibus docendum vivere æquo jure cum ceteris censeo ; ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet. » — [2] *Nominis Barcini*. On sait qu'Amilcar était de la famille Barca ; son parti s'appelait la faction Barcine, *factio Barcina*. — [3] *Utrum hostem*, etc. « Hostem, an

sociis venientes, bonus imperator vester [4] in castra non admisit, jus gentium sustulit. Hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt ; res ex fœdere repetunt. Publica fraus absit ; auctorem culpæ et reum criminis deposcunt. Quo lenius agunt, segnius incipiunt, eo, quum cœperint, vereor ne perseverantius sæviant.

II. Amilcar a commencé la première guerre punique par la violation des traités, il a fini par être vaincu ; Annibal ruinera Carthage.

Ægates insulas [5] Erycemque [6] ante oculos proponite, quæ terra marique per quatuor et viginti annos passi sitis. Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti volunt. Sed tunc Tarento, id est, Italia [7] non abstinueramus ex fœdere ; sicut nunc Sagunto non abstinemus. Vicerunt ergo dii hominesque, et id de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde [8] jus stabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Annibal vineas turresque admovet : Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (falsus utinam vates sim !) nostris capitibus incident : susceptumque cum Saguntinis bellum habendum cum Romanis est.

III. Nécessité de livrer Annibal, et de donner satisfaction aux Romains.

Dedemus ergo Annibalem ? dicet aliquis. Scio meam levem esse in eo auctoritatem, propter paternas inimicitias ; sed et Amilcarem eo periisse lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus : et hunc juvenem, tanquam furiam facemque hujus belli, odi ac detestor. Nec dedendum solum [9] id piaculum rupti fœderis, sed, si [10] nemo deposcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras ; ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere, neque sollicitare quietæ civitatis statum [11] possit.

me, an vos ignoratis ? » Disc. de Camille, VI, 7. — [4] *Bonus imperator vester*. Voy. le Disc. d'Appius Claudius sur les quartiers d'hiver. *Boni tribuni plebis*. — [5] *Ægates insulas*. C'étaient deux ou trois îles situées entre l'Afrique et la Sicile, vis-à-vis Lilybée ; le consul C. Lutatius Catulus y remporta l'an 510 une victoire navale qui mit fin à la première guerre punique — [6] *Erycem*, montagne et ville de Sicile, où se trouvait une garnison Carthaginoise qu'Amilcar fut obligé de racheter après la victoire de Catulus — [7] *Italia*. Le traité interdisait aux Romains la Sicile, et aux Carthaginois l'Italie. L'an 482, ceux-ci secoururent Tarente assiégée par les Romains pour s'être unie à Pyrrhus ; de leur côté les Romains prêtèrent secours aux Mamertins en Sicile. Chacun des deux peuples accusa l'autre d'avoir le premier violé le traité ; de là ces mots : *Id de quo verbis ambigebatur*. — [8] *Unde*, c'est-à-dire *cum quo, cujus e partibus*. — [9] *Nec dedendum solum*, etc. sous-entendu *censeo*. — [10] *Si* pour *etiamsi*. — [11] *Statum*, la paix, la tranquillité ; littéralement : la position stable.